Regna utrinque Ipſorum tum maximè floruiſſe, cum regnantes, Naturæ ſuæ Ductum ſecuti, Pacem mutuò ſtabilitam ſanctiſſimè colerent; perſpecto inſupèr & certiſſimis Indiciis explorato, Sereniſſimam Reginam Dominam *Mariam Annam Auſtriacam*, Sereniſſimi ac Potentiſſimi *Hiſpaniarum*, &c. Regis Parentem, Tutricem, & Curatricem, atque Regnorum Ejus ac Ditionum Gubernatricem, eâdem Nobiſcum propenſitate in ejuſmodi Conſilia jam ferri, ut non ſolum priſtina inter Coronas Noſtras Fœdera renoventur, ſed arctioribus adhuc Vinculis, & firmiori quam unquam antehac nexu conſtringantur: Nihil Nobis ad tam pium opus perficiendum defuiſſe videbatur, quam ut dignum aliquem Virum, & tanto Negotio parem eligeremus, qui Legati Noſtri Extraordinarii munus apud dictam Sereniſſimam Reginam, *Hiſpaniæ* Regentem, obiret, & Characterem ſuum virtutibus exornaret; qualem præ aliis fore judicavimus prædilectum & perquam Fidelem Conſanguineum Noſtrum *Edwardum* Comitem de *Sandwich*, & Vice-Comitem de *Hinchingbrooke*, Baronem *Montacutium* de Sancto *Neote*, *Angliæ* Vice-Admirallum, *Magnæ Garderobæ* Noſtræ Magiſtrum, Nobis à Secretioribus Conſiliis, & antiquiſſimi, celeberrimique Ordinis Periſcelidis Equitem. Sciatis igitur, quod Nos, Fide, Induſtriâ, Judicio, ac Prudentiâ, dicti Comitis de *Sandwich*, Legati Noſtri Extraordinarii, plurimum confiſi, Ipſum verum & indubitatum Commiſſarium ac Procuratorem Noſtrum fecimus, ordinavimus & deputavimus, ac per præſentes facimus, ordinamus, & deputamus, dantes eidem & committentes plenam & omnimodam Poteſtatem, atque Authoritatem, paritèr & Mandatum Generale ac Speciale,

ways ſo diſpoſed, that their Affections could not without Difficulty be alienated from one another, and were eaſily reconciled, and that each Kingdom flouriſhed moſt when thoſe that Reigned, following their natural Temper, obſerved moſt ſtrictly the Peace eſtabliſhed between them; and it having been perceived and found from certain Proofs, that the moſt Serene Queen the Lady *Anna Maria* of *Auſtria*, Mother, Guardian, and Curatrix of the moſt Serene and Potent King of *Spain*, &c. and Governeſs of his Kingdoms and Dominions, is enclined with the ſame Readineſs, as we are, to purſue ſuch Counſels, whereby the ancient Alliances between our Crowns may not only be renewed, but be made yet cloſer and ſtronger than ever before: Nothing ſeemed to Us to be wanting to the Performance of ſo pious a Work, but the Choice of ſome worthy Man, and one equal to ſo great an Undertaking, who might perform the Function of Our Ambaſſador Extraordinary to the ſaid moſt Serene Queen Regent of *Spain*, and adorn his Character with perſonal Virtues: Such above all others We thought Our Right Truſty and Right Welbeloved Couſin, *Edward* Earl of *Sandwich* and Viſcount of *Hinchingbrooke*, Baron *Montacute* of St. *Neote*, Vice-Admiral of *England*, Maſter of Our Great Wardrobe, and one of Our Privy-Council, and Knight of the moſt Ancient and Noble Order of the Garter. Know ye therefore, That We having great Confidence in the Fidelity, Induſtry, Judgment, and Prudence of the ſaid Earl of *Sandwich*, Our Ambaſſador Extraordinary, have Made, Conſtituted and Appointed, as We do by theſe Preſents Make, Conſtitute and Appoint

Nomine